

vtrinq̄ue inum Instrumenti limitem : ést que diuifa in partes 120. æquales.

Supra *lineam Arithmetica*m vtrinq̄ue paribus interuallis, & in easdem partes absistit *Linea Stereometrica*, diuifa in partes, seu *solida* 35. cuius diuifionis rationem, & praxin habes, in *Commentarijs ad Instrumentum GALILÆI*.

Stereometricam lineam adhuc transcendit *linea*, quam vocant *Graduum*, cuius structuram vide loco proximè citato.

Diuifa est in 90. partes, seu *Gradus Quadrantis*, & numeri diuifionum adscripti, ad *Singulas Decades*, quibus infra minutis Characteribus apposita sunt *Polygonorum Nomina*, quæ certis gradibus respondent.

Vfus & adplicatio harum linearum est, qualis apud alios Artifices. Applicatas nos vocamus eas, quæ à centro Instrumenti ad ipsam *lineam* v.g. *Arithmetica*m, vel *Stereometricam*, vel *Gradualem* applicantur. *Transuersas* autem, aut *Transuersim applicatas*, quæ inter partes, aut *Solida*, aut *Gradus equinomines*, sub certâ *Instrumenti* aperturâ *Transuersim* capiuntur.

Et hæ quidem lineæ in vtraque superiori,
&